



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Cui virtuti opponatur. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

618 QVÆST. CXII. ART. I.
per est cum peccato mortali. Et per hoc patet respon-
sio ad obiecta.

QVÆST. CXII.

De iactantia, in duos articulos diuisa.

Prostea considerandum est de iactantia, & ironia,,
quæ sunt partes mendacij, secundum Philosophum
in quarto Ethicorum. Primò autem circa iactantiam
queruntur duo.

¶ Primò, cui virtuti opponatur.

¶ Secundo, utrum sit peccatum mortale?

ARTIC. I.

380

5.7. circa
prin.

l. 31. c. 31
a med.

Vtrum iactantia opponatur virtuti veritatis?
A primù sic proceditur. Videtur, quod iactan-
tia non opponatur virtuti veritatis. Veritati enim
oppontur mendacium. Sed quandoque potest esse ja-
ctantia etiam sine mendacio: sicut cum aliquis suam
excellentiam ostentat. Dicitur enim Hester primo,
quod Assuerus fecit grande conuiuum, ut ostenderet
diuitias gloriae suæ, ac regni sui, ac magnitudinem
arque iactantiam potentiae suæ. Ergo iactantia non
oppontur virtuti veritatis.

¶ 2 Præterea, iactantia ponitur à Gregor.* 12.
Moral. vna de quatuor speciebus superbie: cum scilicet
quis iactat se habere quod non habet. Vnde dicitur
Hier. 48. Audiuimus superbiam Moab: superbis est val-
de, sublimitatem eius & arrogantiam, & superbiam,
& altitudinem cordis eius: ego scio, ait Dominus, ja-
ctantiam eius, & quod non sit iuxta eam virtus eius.
Et * 31. Moral. Gregor dicit, quod iactantia oritur ex
inanis gloria. Superbia autem, & inanis gloria oppo-
nuntur virtuti humilitatis. Ergo iactantia non oppo-
nuntur veritati, sed humilitati.

¶ 3 Præterea, iactantia ex diuitijs causari videtur.
Vnde dicitur Sapien. 5. Quid nobis profuit superbia,
aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Sed su-
perfuitas diuitiarum videtur pertinere ad peccatum
avaritiae, quod opponitur iusticie vel liberalitati. Noa
ergo iactantia opponitur veritati.

S&D



SE D contra est, quod Philosophus dicit in 2. &
4. * Ethic. iactantiam opponi veritati.
RES: PONDEO dicendum, quod iactantia
propriè importare videtur quod homo verbis se extol-
lat. Illa enim quæ vult homo longè iactare, in altum
eleuat. Tunc autem propriè aliquis se extollit, quan-
do de se suprà se aliquid dicit. Quod quidem contin-
git dupliciter. Quandoque enim aliquis loquitur de
se, non quidem supra id quod in se est, sed suprà id
quod de eo homines opinantur. Quod Apostolus refu-
giens, dicit secundæ ad Corinth. 11. Purco, ne quis me
existimet suprà id quod videt in me, aut audit aliquid
ex me. Alio modo aliquis per verba se extollit, lo-
quens de se suprà id quod in se est secundum rei veri-
tatem. Et quia magis est aliquid iudicandum secun-
dum quod in se est, quam secundum quod est in opini-
one aliorum: inde est quod magis propriè dicitur
iactantia, quando aliquis effert se supra id quod in ip-
so est, quam quando effert se supra id quod est in opini-
one aliorum, quamvis utroque modo iactantia dici
possit. Et ideo iactantia propriè dicta opponitur ve-
ritati per modum excessus.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa proce-
dit de iactantia secundum quod excedit opinionem.

Ad secundum dicendum, quod iactantia peccatum
considerari potest dupliciter. Vno modo, secundum
speciem actus, & sic opponitur veritati, vt dictum *
est. Alio modo, secundum causam suam: ex qua,
et si non semper, tamen frequentius accedit. Et sic pro-
cedit quidem ex superbia, sicut ex causa interius mo-
tuæ, & impellente. Ex hoc enim quod aliquis interius
per arrogantiam suprà seipsum eleuator, sequitur
plerumque quod exterius maiora quædā de se iactet
licet quandoque non ex arrogantia, sed ex quadam
vanitate aliquis ad iactantiam procedat; & in hoc
delectetur, quia talis est secundum habitum. Et ideo
arrogantia, per quam aliquis supra seipsum extollitur,
est species superbiz: nou tamen est idem iactantia,
sed,

*in cor. 4.
et q. 100.
art. 1.*

sed , ut frequentius, eius causa . Et propter hoc Gregor. * iactantiam ponit inter superbiæ species . Tenuit enim iactator plerumque ad hoc , quod gloriam prin. ^{1. 31.c.} consequatur per suam iactantiam . Et ideo secundum Gregor. + ex inani gloria oritur secundum rationem finis .

^{10. 7. à me.}
^{10. 5.}

Ad tertium dicendum , quod opulentia etiam iactantiam causat dupliciter . Vno modo occasionaliter in quantum de diuitijs aliquis superbit . Vnde & signanter Proverb. 8. opes dicuntur superbae . Alio modo per modum finis : quia ut dicitur in quarto Ethic.* aliqui seipso iactant non solum propter gloriam , sed etiam propter lucrum , qui de seipso singunt ea , ex quibus lucrari possunt : puta , quod sint medici , vel sapientes , vel diuini .

ARTIC. II.

581

Vtrum iactantia sit peccatum mortale ?

AD secundum sic proceditur . Viderur , quod iactantia sit peccatum mortale . Dicitur enim Proverb. 28. Qui se iactat , & dilatatur , iurgia concitat . Sed concitare iurgia , est peccatum mortale . Detestatur enim Deus eos qui seminant discordias , ut habetur Proverb. 6. Ergo iactantia est peccatum mortale .

Glossa. *Præterea , Omne quod prohibetur in lege Dei est peccatum mortale . Sed super illud Eccles. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ , dicit glossa . Iactantiam & superbiam prohibet . Ergo iactantia est peccatum mortale .*

Glossa. *Præterea , iactantia est mendacium quoddam . Non est autem mendacium officiosum vel iocosum . Quod patet ex fine mendacij : quia ut * Philosophus dicit in quarto Ethicorum , Iactator singit de se maiora existentibus , quandoque nullius gratia , quandoque gratia glorie vel honoris , quandoque autem gratia argenti . Et si patet quod neque est mendacium iocosum neque officiosum . Vnde relinquitur quod semper sit perniciosum . Videtur ergo quod semper sit peccatum mortale .*

SED